



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. IV. An vir possit dimittere uxore[m] sine iudicio Ecclesiæ etiam propter publicum ac notorium impedimentum parentelæ, seu cognationis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

terium relabatur, divortium institui, ratio & auctoritas supra relata probat, quia præcedens venia, & reconciliatio ad præterita quidem delicta, non autem ad futura se extendit. Sicuti tamen communiter & per se non tenetur in conscientia separare se ab adultero innocens, cum separatio talis permessa quidem sit à Christo, non tamen præcepta, & possit innocens quocumque tempore adulterum v. g. dimissum repetere, modo neuter conjugum statum mutaverit; ita, si innocens prius post sententiam divortii latam, adulterium committat, ex probabili sententia non tenetur redire ad conjugem, à quo propter hujus adulterium, per sententiam separatam pars ista fuit, cum per sententiam divortii liberata sit hæc pars prius innocens, ab obligatione cohabitationis matrimonialis, & alter nullum jus habeat repetendi conjugem, cum per adulterium, post sententiam separationis latam, non censentur compensari delicta.

## §. IV.

*An vir possit dimittere uxorem sine iudicio Ecclesia etiam propter publicum ac notorium impedimentum parentela, seu cognationis?*

**R**ectius fortassis hæc questio mota fuisset in Tit. 14. supra, ubi actum est de consanguinitate & affinitate, quia tamen in hoc tit. e. Porro 3. Pontifex hanc questionem decidit, placuit Auctori Method. hinc eam referre; respondet ergo in cit. e. Pontifex, absque iudicio Ecclesie talem non posse propriam

auctoritate uxorem dimittere, cum qua matrimonium in facie Ecclesie contraxit (ob reverentiam scilicet tanti sacramenti) etiam si impedimentum in notorium (publica scilicet fama) multa dicuntur notoria, eoque publica de illis fama sit, quæ tamen notoria non sunt; & hinc *cap. subsecutus, significasti*, ubi dicitur, cogi non debere eam ad conjugem recipiendam, quam propter adulterium notorium, sine auctoritate tamen Ecclesie, dimiserat, non contradicit priori *cap. Porro*, cum in posteriore capitulo notorium dicit, quod nulla tergiversatione negari, aut excusari potest, in priore vero capitulo, notorium, non omne dubium, & in contrario exceptionem, excludit.

## §. V.

*Virum, & quando ob adulterium spirituale, sive ob lapsum in heresim, vel Apostasiam à fide, alterius conjugis, sine Catholico instituire divortium. Et an ei reverso ad fidem debeat conciliari seu ad eum redire?*

**Q**uod possit propter lapsum in heresim, vel Apostasiam à fide alterius conjugis, si pertinax pars hæc sit, notoricens conjugis divortium facere, ex apostolo Paulo ad Titum 3. & ex c. *Quæstio 2. h. t.* ac pluribus aliis iuribus patet; & enim in carnali adulterio, sive hoc deparationis faciendæ concessus est innocentis, negari non debet propter adulterium spirituale; & quamvis propter adulterium spirituale, non possit divortium celebrare innocens conjugis, in colligitur ex cit. e. *Quæstio*, utrumque